HAc lege sancimus, ut si quis amplissimam Præfecturam gubernans, aurum [9] aquæductui deputatum, ad alterum quodlibet opus non aquæductibus, vel aquæ publicæ competens extruendum, vel curandum putaverit convertendum: de suis facultatibus eandem summam aquæductus titulo repensare cogatur [10]. Separatus vero arcarius [11] aurum aquæductus suscipiat gloriosissimorum Consulum [12] liberalitate, vel ex aliis titulis ad aquas publicas pertinentibus collectum, vel postea colligendum.

Fons publicus ab initio, vel ex post facto publicus effectus, usui privatorum non applicatur etiam ex rescripto super hoc impetrato. Bart.

9. Idem A. Poratio [13].

DIligenter investigari [14] decernimus, qui publici ab initio fontes [15], vel cum essent ab initio fontes privati, postquam publice usum præbuerunt, ad privatorum usum conversi sunt, sive sacris apicibus per surreptionem impetratis, ac multo amplius, si auctoritate illicita, nec appetito colore sacri oraculi hujusmodi aliquid pertentatum fuisse dignoscitur: ut jus suum regiæ civitati restituatur, & quod [16] publicum fuit aliquando, minime sit privatum, sed ad communes usus recurrat: sacris oraculis vel pragmaticis sanctionibus adversus [17] commoditatem urbis quibusdam impertitis, jure cassandis, nec longi temporis præscriptione ad circumscribenda civitatis jura profutura.

10. Idem A. Pontio.

DEcernimus, ne quid a quacunque persona qualibet [18] dignitate prædita contra minuscularios [19] aquæductus, vel fontes publicos, qui ad aquæductus confluunt [20], pertentetur. Sed & si quis clam, vel palam, auctoritate consisus, de iisdem paragogiis [21], vel fontibus aquam traduxerit, vel clandestinis insidiis forte furripuerit, publicis aquæductibus eam restituere compellatur. † Hoc etiam præcipimus, ne in posterum a quolibet juxta [22] eosdem aquæductus plantari qualescunque arbores possint, ne ex stirpibus labefactentur parietes aquæductuum [23]. Quod antiquis etiam constitutionibus interdictum esse dignoscitur: scientibus universis, quod in posterum super hujusmodi commissis, suburbanum, vel prædium, vel balneum, vel aquæ [24] mola [25], vel hortus, ad cujus usum aqua publica fuerit derivata, vel si quid ex his juxta aquæductum positum ad eum pertinet, qui plantavit arbores aquæductibus noxias, ad quemcunque pertineat locum, vel hominem, vel domum proscriptionis titulo subjacebit, & fisci juribus vindicetur: nulli super hujusmodi pœna, nec per sacros apices venia tribuenda. † Universos autem aquarios [26], vel aquarum custodes (quos *hydrophylacas* nominant,) qui omnium aquæductuum hujus regiæ urbis custodes petutati sunt: singulis manibus [27] eorum felici nomine pietatis nostræ impresso signari decernimus: ut hujusmodi adnotatione manifesti sint omnibus, nec a procuratoribus domorum, vel quolibet alio ad usus [28] alios avellantur, vel angariarum [29], vel operarum nomine teneantur. Quod si quem ex iisdem aquariis, mori contigerit, eum nihilominus, qui in locum defuncti surrogatur, signo eodem notari præcipimus: ut militiæ quodammodo sociati, excubiis aquæ custodiendæ incessanter inhæreant: nec muneribus aliis occupentur.

De fonte, vel aquæductu publico non licet aquam derivare, nisi per Principis rescriptum concedatur. Bart.

11. Imp. ANASTASIUS A. Servo [30] P. P.

DIvinam dispositionem ab inclytæ recordationis principe Theodosio, super his, qui aquam sibi de publicis aquæductibus seu fontibus præberi desiderant, promulgatam, hac etiam lege in sua firmitate durare sancimus: quatenus nemo vel in hac sacratissima civitate, vel in provinciis sine divinis apicibus de sacro epistolarum scrinio more solito edendis, & judicio [31] tuæ celsitudinis, vel aliis, quorum interest, intimatis, vel intimandis [32], aquam de publico aquæductu, seu fonte trahere permittatur: his, quicunque nostra jussa violaverint, seu violare concesserint [33], denarum librarum auri condemnatione, aliaque [34] gravissima indignatione feriendis.

TIT. XLIII.

DE GLADIATORIBUS [35] PENITUS TOLLENDIS [36].

1. Imp. CONSTANTINUS [37] A. Maximo P. P.

CRuenta [38] spectacula in otio [39] civili, & domestica quiete non placent: quapropter omnino gladiatores esse prohibemus. P. P. *Beryti*, Kal. Octob. PAULINO, & JULIANO CONSS. 325.

TIT. XLIV.

DE VENATIONE [40] FERARUM.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Mauriano Com. Domestic. & vices agen. Magist. milit. [41].

OCcidendorum leonum [42] cunctis facimus potestatem, neque aliquam finimus quemquam calumniam formidare. † Bestias [43] autem, quæ ad comitatum ab omnibus limitum Ducibus transmittuntur, non plus quam septem [44] diebus intra singulas civitates detineri præcipimus: violatoribus eorum quinas libras auri fisci juribus [45] illaturis. Dat. 13. Kal. Jun. CONSTANTIO, & CONSTANTE VV. CC. CONSS. & Dat. 5. Kal. Octob. *Constantinop.* DN. HONOR. A. XI. & CONSTANTIO II. V. C. CONSS.

TIT. XLV.

DE [46] MAJUMA [47].

1. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Cæsario [48] P. P.

CLementiæ nostræ placuit, ut Majumæ provincialibus lætitia redatur: ita tamen, ut fervetur honestas [49], & verecundia castis moribus perseveret. Dat. 7. Kal. Maji, *Constantinop.* ARCAD. IV. & HONOR. III. AA. CONSS. 396.

TIT. XLVI.

UT ARMORUM [50] USUS INSCIO PRINCIPE INTERDICTUS SIT.

Nulli licet arma portare sine principis licentia. Bart.

1. Impp. VALENTINIANUS, & VALENS AA. ad Bulephorum Conf. Campaniæ [51].

NUlli prorsus nobis inficiis, atque inconsultis, quorumlibet armorum movendorum [52] copia tribuatur. Dat. 3. Non. Octob. *Altini*, divo JOVIANO, & VARRONIANO CONSS. 364.

1 f. 8. J. *h. t.* 2 Vid. Cujac. *hic.* qui multis rationibus legendum esse *scalis* ostendit. al. *calculis*, quidam enemittit *celsitis*, in lib. *Asred. & Dion. Jebolis.* Scalæ autem maritimi trajectus fuere Constantinopoli, vide *Novell.* 69. Goth. *Scala* sunt trajectus maritimi, qualis in regione sexta, *scala Sycana*, quæ νῆσαμα Justinianorum dicitur in *Novell.* 69. in regione quinta, *scala Chalcedonensis*, in quarta, *scala Timasi*. atque hæ Scalæ Græce dicuntur σχάλαι: erantque protentæ in mare trajicienti caulæ usque ad navigia: atque his singulis singuli nautæ attributi erant. *Mod.* 3 Cizicenii. al. *Zyzicenii.* al. *Tiscenii.* al. *Titennii.* meminit œconomorum Cyzicenorum Vitruvius 6. 4 Producere. 5 Quæunque descriptione. 6 Sustineant. 7 Aquam venalem esse in urbe, execrabile. Venalis videtur, si cives ad reparationem aquæductus conferre tenentur. 8 Al. *Adamantio P. P. rectius.* 9 Aquæductibus aurum deputatum in alios usus verti non debet, *l. 7. fujus. h. t.* 10 Reprætinentre, *in quibusd. codicibus.* 11 Ad aquæductuum autum servandum specialis arcarius fuit Constantinopoli. 12 Ad aquæductus pecuniam largiebantur Ixpius Consules, ut *l. 2. f. 3. J. de consultbus. l.* 12. *tit.* 3. 13 Al. *Operatio.* 14 Investigare.

15 Fontes publici rescripto principis privatorum fieri non possunt: facti revocantur, *ut hic.* usus tamen ex publico fonte concedi potest. *l. 4. fujr. h. t.* Goth. Hoc vult lex: Ut qui publici fuere fontes ab initio, vel cum fuissent initio privati, postea publici, deinde rescripto principis vel usurpatione privati facti sunt, ad jus publicum redeant, nec quidquam valeant rescripta vel pragmatice contra publicam utilitatem, ut *in l. 2. fujr. de nativis. non exeus. l. 2. fujr. de cap. fru. ur. Roma.* Nec obstat *l. 4. fujr.* quæ de usu sive jure aquæ publicæ loquitur; non de fontibus private juri omnino vindicatis. Sed neque contra jus publicum quidquam valet præscriptio longi temporis, *l. 5. fujr. de oper. publ.* ficut nec contra jus privatum Principis, *l. ujuc. J. de fund. rei privat. Novell.* 30. quod interpres Juliani latius quam oporteat accepit de omni jure fiscali. *Mod.*

16 Et quid. 17 Rescripta adversus utilitatem publicam nullius sunt momenti. *l. 2. fujr. de navibus non exeus. h. lib. tit.* 3. *l. 2. fujr. de canone frument. urb. Roman. h. t. tit.* 22. 18 *Quamlibet dignitatem prætendant.* Cujac. 19 Id est, tenuiores & diminutos aquæductus, ut *l. 1. fujr. de defujor. civit. l.* 3. *Cod. Theod. de tudaic. dob.* Augusti. *7. de civit.* 4. Alciat. hic *minuscularios* legendum putat: & in quoque legit Halogander. 20 *l. 1. in princ. fujr. h. t.* 21 Al. *paralegiis.* Paragogi minusculiarii aquæductus, de quibus *fujr.* 22 *cf. l. 1. fujr. h. t.* 23 Idem scribit Cassiodor. *l. c. c.* 38. Cont. 24 Υδρωσίων. Molas aquarias fuisse apud veteres, hoc ex loco satis constat, ut ne trulatilis tantum fuisse quis existimet. Porro Aquatiarum molarum, alia publicæ, alia privatæ. *l. 4. C. Theod. de canone frument. urb. Rom.* vide Cassiodorum 3. ubi scribit, diligenter esse conservandas aquarum formas, propter aquæ molas. 25 Aquariola, ut etiam legit Pyrrhus, sed rectior est excusa lectio.

26 *l. 6. in fin. fujr. h. t.* 27 In manu, principis nomine, aquarii signabantur, ut *hic.* ut & tyrones & fabricenses. *l. 3. fujr. de fabricenjibus. h. l. tit.* 9. 28 *Adversus*, sed male. 29 Angariæ hic separantur ab operis. Angariarum nomen latius patet, quam operarum: operæ, angariæ quædam sunt: operæ, opera corporalia (Galli *Corvées*) quasi corporis vehiæ: adde *l. un. fujr. ne opera a coll atoribus exigantur. l.* 10. *tit.* 24. Certum, quid corvatæ, unde dicantur, & ubi præstandæ, vid. Guidonem Papium *quæst.* 482. & cujus sumptibus præstandæ, vide eundem *quæstione* 217.

30 Servio P. P.

31 In judicio. 32 *l. 5. fujr. h. t.* 33 Consenserint. 34 Atque.

35 Gladiatores πανυλλοι, *l. 15. Cod. Theod.* 12. vid. Tertullian. *lib. de Spectaculis*, Alciat. 2. *parerg.* 24. Lipsium *lib. de gladiatoribus.* Qui ad gladium damnabantur, intra annum erant confummendi, Paul. *lc. fent.* 17. *§.* 2. vid. *l. 8. in fin. ff. qui teftamenta facere.* Goth. Vid. Forcatul. *Aviarii cap.* 12. S. I. 36 Sic tex. *manuic.* de hoc titulo, fic Theodorus Ballamon ad Photii Nomocan. *tit.* 13. *cap.* 21. *tit.* 22. tollit fpectacula gladiatorum. 37 Gladiatores ab Honorio fublatos Theodoretus & Nicephorus auctores funt, permoti cujusdam Monachi sermone monomachis infesti, quem Telemachum vocant. Ocho Ferrigenfis Diarium hac de re non corrupte vocat. 38 *Ex lib.* 15. *tit.* 5. *l.* 1. *Cod. Theod.* vide Sozomenum *lib.* 1. Symmachum *lib.* 1. *epift.* 7. cruenta indicra. Ammian. 14. detestanda, *l.* 3. *ff. de lib. & poftlum. l.* 2. *Cod. Theod. de gladiatorib.* Goth. Intelligunter autem hominum bestiarum pugnæ fe commissiones; de quibus videsis elegantiss. mus Lipsius *in libro, qui eft de gladiatoribus*, & Forcatulus *aviarii fue cap.* 12. Mod.

39 In pace, otio civili & domestica quiete, cruenta spectacula non placeant.

40 Venatio ferarum hic permissa. Hi autem venatores diversi ab his qui dicebantur κυνηγοί, ad bestias damnati. 41 *C. Theod. l.* 15. *tit.* 11. *l.* 1.

42 Leonem cuivis venari & occidere licet, adde *l.* 1. 9. *ult. ff. de adq. rerum.* 43 *Cod. Theod. tit. l.* 2. *verf. idcoque.* 44 Ut feræ, quas duces ad principem transmittunt, feptem tantum diebus retideant, & alantur in lingulis civitatibus, *ut hic.* equis præfcribuntur dies quinque. *l.* 1. *j. de tratt. & ftativis. l.* 12. *tit.* 52. 45 Viribus.

46 *l.* 15. *C. Theod.* 6. 47 *Majuma* quid fit, pete ex Suida, & Gregorio *in Chronographia.* vide Alciat. *hic.* De Tiberina decurfione, vid. Ciceronem 5. *de finibus*, & apud Fethum in Fictoriis Indis. Suidas autem fcribit, Majumam fuisse ludum, quo menfe Majo ludibundi, Hoftium maritimam urbem oppugnarent: & fefe in aquas marinas dejicerent. Alii Majumam Syriæ aquam fignificare fcribunt. Baronius tamen exiftimabat, hoc fpectaculum & ludicrum in oriente exhiberi folitum inhonefte, ab Arcadio & Honorio hic coërceri, videri autem hoc fpectaculum effe, in quod declamat Chryfoftomus *homilia de Datide & Saule.* ut fit verifimile, Arcadium Chryfoftomum declamationibus ad hoc fpectaculi obfequium coërcendum permotum fuiffe. Julianum quoque Antiochenos de Majumis foriis in Mefopotone redargutile. A civitate autem Majuma hoc fpectaculum dictum effe quæ civitas portus & navale Gazæ fuit: a dum tantum reftituta. vid. Eufeb. *4. de vita Conftantini* 37. & 38. & Sozomenum 5. *cap.* 3. & 1. Nicephor. & 8. *cap.* 53. ubi narrat Venerii turpiffimum fimulachrum celtum fuiffe in loco, qui dicebatur, Tetramphodos, ad tempora usque Arcadii, quod efficacia crucis (vgente Porphyrio Gazenfi Epifc.) fponte collapfum & perfractum. Eam hiftoriam fcripfit Marcus Diaconus Gazæus: retulit eam Metaphrastes in diem 20. Februarii. vid. Baronium in Martyrologio die 26. Decembris. 48 *Conful.* 49 *l.* 6. 1.

49 Poteftas, & honeftas.

50 Armorum ufus inficio principe fubditis interdictus eft. *Novv.* 85. c. 4. Syneſ. *in epift.* Val. 6. Cicer. *Vertina de fupplic.* adde *l.* 3. *verf. eadem lege. ff. ad leg. Jul. majeft.* 51 *C. Theod.* 15. 15. 1. 52 Movere arma et. a. 53 *l. 11. ff. ad leg. Jul. de vi publ.* 54 *C. Theod.* 15. 15. 1.

55 Plovere arma eft prorium amittere. Similis prœm in eo, qui prædium dominicum emit dempto canone. adde *leg.* 7. *infr. de fundis rei private. l. ult. tit.* 61. Quid: quibus caſibus emptor pretium amittit, cui pretium cedit, venditori an fifco? fifco. Accurf. *hic*, & *l. penult. S. de refcindenda vendit.* 30 Dixi ad *l.* 1. *§. de præfcript.* 30. *annorum.*

31 Imo non eft fubmota in mancipiis. *l.* 3. *ff. de interdicta mercatur. l.* 27. *ff. de regulis jur. cap.* 2. 82. *de regulis jur. in* 6. 33 Mala mum, aliqui quafi liberi hominis operas conducere: qui enim fufcepit, folennes functiones agnofcit pro eo: qui convixit, non item. Et eft fimilis diftinctio in *l.* 4. *ff. de ſerv. fugit.* Mod. 36 Vide *l.* 5. *§. h. t.* 37 Qui. 38 Solet. 39 Al. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodofius AAA. ad Populum. 40 *C. Theod.* 13. 10. 7. 41 Si quis cuicunque donaverit immunitatem, nihilominus contribuere cogitur. *Synaſ. Baſil.* §4. 7. *ex lib.* 55 *tit.* 1. *c.* 8. vide *l.* 1. *§. de immunitate nemini conc. Theod.* Cont. *Eufterii* legit Alciat. 42 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 17. *ff. de inſtructo.* Sic in *Cod.* nendium & Amaftrienſium. Alciat. *hic.* 46 *De Ariata Stephanus.* al. *Artatenſium.* 47 Al. *Amafienorum Holeſtenii*, & *Elæocafterienſium.* al. *Armatenorum.* vide *hic* Cujac. 48 Cenſus auctoritatem perinde dixit, ut *in l. in finitimo. ff. fin. regund.* quæ ſi ut domino non præjudicat, ſi quis rem alienam quafi ſuam in cenſum deferat; *l. formæ. §. fi ego. ff. de cenſibus. l. que quisque. ff. de acquirend. rerum domin.* ſic vero domino fundi non præjudicat colonus, qui ſe quaſi ingenuum in cenſum defert. porro etiam fifco non præjudicat profeſſio cenſualis. *l. un. C. fine conſ. vel rel. Mod.* 49 Agricolarum tria genera, fervi, tributarii, inquilini, ut *hic.* fervi autem hi plane & cenſibus adſcripti. *l.* 3. *l.* 7. 3. *h. t.* 50 Tributarii hic, adſcripitii. 51 Inquilini hic, coloni. *l.* 18. *l.* 1. 7. Salvianus 5. *de providentia*, *Novell. Valent. de colonis nagis.* 52 Adde *leg.* 10. *ff. de cuſtodia.* 53 Vide, quæ notavi ad *leg.* 6. 3. *de fervis fugitivis.*

54 *Pœna*, ſed male. 55 Alteruro. 56 *Cod. Theod.* 4. 22. 1. 57 Vide *l.* 1. 8. 3. *ff. uti poſſidetis.* Goth. Adde Menoch. *de recup. poſſ. remedio* 10. S. I.

TIT. XLVII.

DE [1] AGRICOLIS, ET [2] CENSITIS [3], ET COLONIS.

De oneribus extraordinariis.

1. Imp. CONSTANT. A. ad Æmilianum P. P.

NUnquam [4] fationibus [5], vel [6] colligendis frugibus infistentes agricolæ ad extraordinaria onera trahantur: cum [7] providentiæ fit, opportuno tempore his neceſſitatibus ſatisfacere. Lecta 7. Id. Mart. JANUARIO, & JUSTO CONSS. 328.

De alienatione.

2. Imp. CONSTANTIUS A. ad Dulcitium Conſ. Æmiliæ [8].

SI quis prædium vendere voluerit, vel donare: retinere ſibi transferendos ad alia loca colonos privata pactione non poſſit. Qui enim colonos utiles credunt: aut cum prædiis eos tenere debent, aut profuturos aliis derelinquere, ſi ipſi prædium ſibi prodeſſe deſperant. Dat. 8. Kalend. Maji, *Mediol.* CONSTANTIO A. IX. & JULIANO C. II. CONSS. 359.

De mancipiis vagis.

3. Impp. VALENT. & VALENS AA. Faventio Vic. Italiæ 9.

QUisquis ex deſertis agris veluti vagos ſervos [10] liberalitate noſtra fuerit conſecutus, pro fiſcalibus penſitationibus ad integram terræ [11] poſſeſſionem, ex qua videlicet ſervi manare videntur, habeatur obnoxius. Id etiam circa eos obſervari [12] volumus, qui ex hujusmodi fundis ſervos ad poſſeſſiones ſuas tranſire permiſerint. Dat. Prid. Kal. Aug. *Mediolan.* VALENT. & VALENTE AA. CONSS. 365.

De functionibus.

4. Idem AA. ad [13] Modeſtinum [14].

HI [15], penes quos fundorum dominia ſunt, pro [16] his colonis originalibus, quos in locis eisdem cenſitos [17] eſſe conſtabit, vel per ſe, vel per exactores [18] proprios recepta compulſionis ſolicitudine, implenda munia functionis agnoſcant. † Sane quibus terrarum erit quantulacunque poſſeſſio, qui in ſuis conſcripti locis proprio nomine libris cenſualibus detinentur: ab hujusmodi præcepti communione diſcernimus [19]: eos enim convenit propriæ commiſſos mediocritati, annonarias functiones ſub ſolito exactore agnoſcere. Dat. Kalend. Maji, *Conſtantinop.* GRATIANO A. & DAGALAIFO CONSS. 366.

Quid dominis prædiorum præſtatur.

5. Idem AA. ad Oricum P. P.

DOmini prædiorum id [20], quod terra præſtat, accipiant, pecuniam non requirant, quam ruſtici optare [21] non audent: niſi conſuetudo prædii hoc exigat.

De adſcriptitiis, colonis, vel inquilinis revocandis.

6. Idem AA. & GRATIAN. A. ad Germanianum.

OMnes omnino fugitivos adſcriptitios, colonos, vel inquilinos, ſine ullo ſexus, muneris, conditionisque diſcrimine, ad antiquos penates, ubi cenſiti, atque educati, natique ſunt, provinciis præſidentes redire compellant.

De alienatione.

7. Idem AAA. ad Maximum P. P.

QUemadmodum originarios [22] absque terra, ita [23] ruſticos, cenſitosque ſervos [24] vendi omniſariam non licebit [25]. Neque vero commento fraudis id uſurpet legis illuſor [26], quod in originariis [27] ſæpe eſt actitatum [28], ut parva portione terræ emptori tradita, omnis integri fundi cultura adimatur: ſed cum ſoliditas fundorum, vel certa portio ad unumquemque perveniat, tanti quoque ſervi, & originarii tranſeant, quanti apud ſuperiores dominos, & poſſeſſores, vel in ſoliditate, vel in parte manſerunt: & emptor [29] pretium quod dederit, amiſſum exiſtimet: nihilominus venditori ad repetendos ſervos cum agnatione eorum vindicatione conceſſa, & ſi aliqua denique ex cauſa diſſimulaverit legis uſurpare beneficium, atque ille ſub hac taciturnitate deceſſerit: & heredibus ejus, & contra heredes emptoris vindicationem damus, longi [30] temporis præſcriptione ſubmota [31]: male [32] fidei [33] namque poſſeſſorem eſſe nullus ambigit, qui aliquid contra legum interdicta mercatur.

De eo, qui adſcriptitium recepit, vel ejus operas conduxit.

8. Iidem AAA. ad Probum P. P.

OMnes profugi in alieno latebras collocantes, cum emolumentis tributariis [34] ſalva tamen moderatione revocentur: ſcilicet, ut ſi hi homines apud quos reperiuntur, alienos eſſe noverant [35] fugitivos, & profugis in lucrum ſuum uſi ſunt [36], hoc eſt, ſive excoluerunt agros fructibus [37] dominis profuturos, ſive aliqua ab iisdem ſibi injuncta noverunt, nec mercedem laboris debitam conſecuti ſunt, ab illis tributa quæ publicis perierunt functionibus, exigantur. Cæterum ſi occultato eo profugi, quod [38] alieni eſſe viderentur, quaſi ſui arbitrii ac liberi apud aliquem ſe collocaverunt, aut excolentes terras, partem fructuum pro ſolo debitam dominis præſtiterunt, cætera proprio peculio reſervantes, vel quibuscunque operis impenſis mercedem placitam conſecuti ſunt, ab ipſis profugis quæcunque debentur, exigentur: nam manifeſtum eſt privatum jam eſſe contractum. † Si qui vero inter agricolas (ut aſſolet [39]) ex quibuscunque commerciis hujusmodi hominibus eſſe inveniuntur debitores, coram partibus conſtitutis Judex ab obnoxiis quod debetur, expoſcat.

De immunitatibus ſpecialiter datis, & jugatione, & capitatione.

9. [39] Iidem AAA. ad Populum [40].

IMmunitates [41] ſpecialiter datæ, & jugatio & capitatio libris publicis & civitatum, aut provinciarum encautariis [42] ſine aliqua probatione factæ, penes fruentes ereptæ in functionem priſtinam redeant. Dat. 3. Non. Mart. *Mediolan.* MEROBAUDE II. & SATURNINO CONSS. 383.

De agricolarum capitatione cenſenda.

10. Iidem AAA. Cynegio P. P.

CUm [antea] per ſingulos viros, per binas vero mulieres capitis norma ſit cenſa, nunc binis ac ternis viris, mulieribus autem [43] quaternis unius [44] pendendi capitis attributum eſt. † Quocirca ſublimitas tua hujusmodi cenſus per Comanenſium [45], & Ariaratenſium [46], & Armeniæ ſecundæ, Amaſenorum, Helenoponti [47], & Dioceſarienſium Cappadociæ ſecundæ urbes, ſalubris ac temperatæ peræquationis modum monumentis publicis jubebit annecti.

De originariis colonis.

11. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. ad Populum.

ORiginarios colonos nullis privilegiis, nulla dignitate, nulla cenſus auctoritate [48] excuſari præcipimus: ſed amputatis omnibus, quæ aliquoties per gratiam ſunt elicita, domino, vel fundo eſſe reddendos.

De receptatoribus.

12. Iidem AA. Florentino.

SErvos [49], vel tributarios [50], vel inquilinos [51], apud dominos ſuos volumus remanere. Nam cum [52] metu damni deterritus unusquisque eum, quem incognitum habuerit, a ſe cœperit propulſare: voluntas fugiendi fervis non erit. Nemo enim dominum ſuum deſerit, ſciens nunquam ſibi latendi locum eſſe derelictum: ſed aut cognitum ſibi ingenuum unusquisque ſuſcipiet: aut eum qui ſe liberum eſſe ſimulaverit, a ſe ſubmovebit metuens his quæ ſtatuta ſunt, obnoxius fieri. Si quis igitur ex memoratis fugitivis apud quemlibet fuerit repertus [53], duodecim libras argenti fiſco noſtro inferat detentator: ipſi autem cujus fuerit, præter eundem fugitivum, alterum etiam ejusdem æſtimationis inferre decernimus.

De liberis colonorum, vel inquilinorum. I. De colonorum translatione.

13. Iidem AA. Vincentio P. P.

DEfinimus, ut inter inquilinos colonosve (quorum quantum ad originem pertinet vindicandam, indiſcreta eademque pene [54] videtur eſſe conditio, licet ſit diſcrimen in nomine) ſuſcepti liberi, vel utroque, vel neutro [55] parente cenſito ſtatum paternæ conditionis agnoſcant. §. 1. Illud etiam ſervandum eſt, ut ſi quando utriusque fundi idem dominus de poſſeſſione referta cultoribus, ad eam coloniam quæ laborabat tenuitate, colonos tranſtulerit, iidemque fundi ad diverſorum jura dominorum, qualibet forte tranſierint, maneat quidem facta tranſlatio, ſed ita ut prædii ejus dominus, a quo coloni probantur fuiſſe traducti, translatorum agnationem reſtituat. Datum 3. Id. Jun. STILICHONE & AURELIANO CONSS. 400.

De fugitivis.

14. Iidem AA. Vincentio P. P. Galliarum poſt alia [56].

SI coloni, quos bona fide quisque poſſidet, ad alios fugæ vitio tranſeuntes, neceſſitatem propriæ conditionis declinare tentaverint, bonæ [57]

1 Base. *lib.* 52. *tit.* 1. Goth. Ad hunc titulum vide Molinæum *ad conſuetud. Pariſienſ. tit.* 2. *in pr. & n.* 16. Mod. 2 Agricolarum duæ conditiones hic propanuntur. Alii cenſiti: alii coloni. 3 Cenſiti, qui & capite cenſiti a Juliano in Novellis dicuntur & tributarii: funt cenſibus quafi adſcripti, five adnotati, qui capitis cenſum præſtant, & ii quidem ſervi ſunt. Coloni vero, qui liberi ſunt, terræ tantum domini habentur: & tantum domino terræ reditus certos ac pentiones præſtant in pecunia, vel in ſpeciebus pro ſolo. Cujacius *hic.* 4 *C. Theod. lib.* 11. *tit.* 2. 5 *Rationibus*, legit Cujac.

6 Συλλογὰς καὶ λογισμὸν meminit autor Synopſios 56. *tit.* 1. *c.* 1. collationis & rationum, ut hic videantur Græci *rationibus* legiſſe, non *ſalionibus*, hæc ſententia: ut ne agricola colligendis fructibus aut rationibus occupatus ad extraordinaria onera trahatur. 7 Hoc eſt, neceſſariis occupationibus detinentur. *Synaſ. ibid.* 8 *C. Th.* 13. 10. 3. 9 *Cod. Theod.* 11. 1. 12. 10 Vid. 1. 12. *J. h. t.* 11 *Globe*, in *C. Theod.* 12 Obſervare. 13 Al. *Medoſtum P. P.* 14 *C. Theod.* 11. 1. 15 Pro colonis (hi Græci γεωργοὶ) munia functionum a dominis exiguntur. *Synaſ. ibid. cap.* 4. 16 *l.* 1. *infr. h. t.* 17 *Cenſos*, in *C. Theod.* 18 *Actores*, in *C. Theod.* 19 Dominus pro colono, vel adſcriptitio conveniri non poteſt. *l.* 11. *ff. de obligat.* adde quæ ſcripſi de clarigatione ad *l.* 12. *infr. de annal agro deſerto*, *l. h. tit.* 58. & in authentica *habita*, *infr. ne filius pro patre.* 20 Coloni reditus certos & penſiones domino terræ præſtant in pecuniis, vel in ſpeciebus pro ſolo, *l.* 8. *l.* 20. *l. penult. infr. h. t.*

21 Id eſt, χωρὶς δασμοῦ. Cujac. 22 Vendi originarii, & cenſiti ſervi absque terra non poſſunt. Reipublicæ enim intereſt, ut cenſiti terræ ſuæ adhæreant. adde *l.* 12. *ff. de lega.* 23 Cenſiti & ruſtici ab originariis differentia. 24 Vide *leg.* 12. *infr. h. t.* 25 Imo nec permutari vel obligari, cum nec legari poſſint. *ſi quis impulimus. ff. de leg.* 1. Mod. 26 Illuſio. 27 Originarios. 28 Agitatum.

29 Emtus cenſum absque terra, penna eſt pretium amittere. Similis prœm in eo, qui prædium dominicum emit dempto canone. adde *leg.* 7. *infr. de fundis rei private. l. ult. tit.* 61. Quid: quibus caſibus emptor pretium amittit, cui pretium cedit, venditori an fiſco? fiſco. Accurf. *hic*, & *l. penult. S. de reſcindenda vendit.* 30 Dixi ad *l.* 1. *§. de præſcript.* 30. *annorum.*

31 Imo non eſt ſubmota in mancipiis. *l.* 3. *ff. de interdicta mercatur. l.* 27. *ff. de regulis jur. cap.* 2. 82. *de regulis jur. in* 6. 33 Mala mum, aliqui quaſi liberi hominis operas conducere: qui enim ſuſcepit, ſolennes functiones agnoſcit pro eo: qui convixit, non item. Et eſt ſimilis diſtinctio in *l.* 4. *ff. de ſerv. fugit.* Mod. 36 Vide *l.* 5. *§. h. t.* 37 Qui. 38 Solet. 39 Al. Imppp. Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius AAA. ad Populum. 40 *C. Theod.* 13. 10. 7. 41 Si quis cuicunque donaverit immunitatem, nihilominus contribuere cogitur. *Synaſ. Baſil.* §4. 7. *ex lib.* 55 *tit.* 1. *c.* 8. vide *l.* 1. *§. de immunitate nemini conc. Theod.* Cont. *Eufterii* legit Alciat. 42 Vide quæ ſcripſi ad *l.* 17. *ff. de inſtructo.* Sic in *Cod.* nendium & Amaſtrienſium. Alciat. *hic.* 46 *De Ariata Stephanus.* al. *Artatenſium.* 47 Al. *Amaſienorum Holeſtenii*, & *Elæocaſterienſium.* al. *Armatenorum.* vide *hic* Cujac. 48 Cenſus auctoritatem perinde dixit, ut *in l. in finitimo. ff. fin. regund.* quæ ſi ut domino non præjudicat, ſi quis rem alienam quaſi ſuam in cenſum deferat; *l. formæ. §. fi ego. ff. de cenſibus. l. que quisque. ff. de acquirend. rerum domin.* ſic vero domino fundi non præjudicat colonus, qui ſe quaſi ingenuum in cenſum defert. porro etiam fiſco non præjudicat profeſſio cenſualis. *l. un. C. ſine conſ. vel rel. Mod.* 49 Agricolarum tria genera, fervi, tributarii, inquilini, ut *hic.* fervi autem hi plane & cenſibus adſcripti. *l.* 3. *l.* 7. 3. *h. t.* 50 Tributarii hic, adſcripitii. 51 Inquilini hic, coloni. *l.* 18. *l.* 1. 7. Salvianus 5. *de providentia*, *Novell. Valent. de colonis nagis.* 52 Adde *leg.* 10. *ff. de cuſtodia.* 53 Vide, quæ notavi ad *leg.* 6. 3. *de fervis fugitivis.*

54 *Pœna*, ſed male. 55 Alteruro. 56 *Cod. Theod.* 4. 22. 1. 57 Vide *l.* 1. 8. 3. *ff. uti poſſidetis.* Goth. Adde Menoch. *de recup. poſſ. remedio* 10. S. I.